

cumlibet horridum vel incultum est quandoque¹, cum a curialibus amoto tumultibus sic blandiatur qualis² comperta tranquillitas, ut de modico in extaticos³ sensus et sermones yperbolicos animus efferatur.

Sed et nobis, qui montem excelsum cum patre contendimus, ubi non obstantibus feriarum ociis laboribus et cotidianis exercitiis ymolamur, qui ante pluviarum adventum a fumo pulveris ascendentis super tecta domorum nares obstruere et facies velare compellimur, et post profluvium pluviarum exire murorum ambitum non valemus, forsan illuditis et talibus nostris incommodis, licet compacientes, solaciabiliter arridetis. Profecto nos quoque multis, quibus vos⁴ habundare confingitis non egemus. Nam et salubri aeris serenitate super globos pulvereos existente aut hos pluvia diluente potimur, et nunc⁵ calor est, nunc ventorum frigus et rabiem viriliter sustinemus. Equidem non saliant pisces aut exeunt ad pascua fere⁶ in conspectibus nostris, cuius rei vos habunde iactatis; frequenter tamen de contermino lacu⁷ circumque astantibus silvis allati allateque splendide lares nostros mensasque decorant. In omnibus vero grates agimus, quod a vobis citamur in ocium et ad quietis deliciarumque participium affectamur. Nec silere possumus, quod de rerum tanta suavitate vobis aliququaliter invidemus, nisi putaremus, quod de illa fors in re minus inveniri valeat, quam in scripto.

Ad hec nova curie, que digna relatu vestras aures non attigerint⁸, non habemus. Sed venietis⁹ et vos, et una nobiscum simulque cum ceteris conscriptis patribus vocati principis M.¹⁰ et ad pedes Sanctorum, ut dicitur,

1) So wohl zu lesen statt 'quoque' Hs. 2) Hier im Sinne von 'qualis-cumque'. 3) So lese ich statt 'extaticos' Hs. 4) 'nos' Hs. 5) In d. Hs. folgt noch einmal 'et nunc'. 6) Das Wild. 7) Da weder bei Viterbo noch bei Orvieto von einem angrenzenden See gesprochen werden kann, so bezieht sich die ganze Naturschilderung auf Montefiascone, wo sich der Papst und die Cardinäle 'ad vitandos fervores aestivos' (Raynald 1262, §. 17) vom 24. Juli bis 10. Oct. 1262 (B-F-W. 9291) aufhielten. Damit stimmt überein die obige Stelle: 'non obstantibus feriarum ociis'. Der Schlusssatz, der sich auf Manfred bezieht, passt nur in das J. 1262; in dieselbe Zeit weist die Stellung des Briefes in dem Register des Cardinals Ottobonus, so dass seine annähernde Datierung nicht zweifelhaft sein kann; vgl. N. 10. 8) 'attigerint' Hs. 9) So Hs.; 'veniatis'? 10) Am Gründonnerstage 1262 war Manfred vom Papste auf den 1. Aug. vorgeladen. Durch seine zu diesem Tage an die Curie gesandten Botschafter war dann ein Aufschub des Processes auf die Martinsoctave erwirkt; das ist wohl der hier in Aussicht stehende Termin. Der Brief ist also nach dem 1. Aug. geschrieben; er kann zum Beweise dafür dienen, dass man an der Curie eine Zeit lang wirklich an das Erscheinen Manfreds glaubte (vgl. B-F-W. 4737a).